



90
+ h



P

VI

J

M

I



METAPHRASIS
PSALMORVM
ELEGIACA

CONTINENS
VIGINTI PRIORES HYMNOS

CVM

OBSERVATIONIBVS
METAPHRASI INSERVIENTIBVS

AUCTORE

M. GVSTAVO FRIDERICO

MATTHA

LYC. TORG. CONRECTORE.

LIPSIAE
IN OFFICINA HEINSIA

1780.

METAPHRASIS

PSALMORVM

RELIQVIA

CONTINENS
VICINTI PRIORES HYMNOS

CVM

OBSEVATIONIBVS

METAPHRASIS INSTRVMENTIBVS

AUCTOR

M. GUSTAVO FRIDERICO

MATTHIA

LIC. THEO. CONSPECTOR

LEIPZIG

IN OFFICINA HEINRICHI

1753



V I R O
CONSVLTISSIMO, AMPLISSIMO
DOCTISSIMO, DOMINO
D O M I N O
CAROLO OTTONI
PACKBVSCHIO

I. V. DOCTORI CELEBERRIMO,
EXCELLENTISSIMO, REIPVBLICAE
CHEMNITIENSIS CONSVLI
SPLENDIDISSIMO

AVVNCVLO AC PATRONO
SVMME VENERANDO

H O C
PIETATIS DOCUMENTVM
DICAT ET OFFERT,

AVCTOR.

VIRI VIKOR
CONSULTISSIMO, ANTISSIMO
DOCTISSIMO, BOMINO
DOMINO
CAROLO OTTONI
PACKBYSCHEIO
L. V. DOCTORI CELEBRISSIMO,
ACCELLENTISSIMO, REIPUBLICAE
CHEMNIENSIS CONSULI
SRENDIDISSIMO
AVVINCULO AC PATRONO
SYMME VERERANDO
HOC
FIDELITATIS DOCUMENTUM
DICAT ET GERAT
AUCTOR



VIR CONSVLTISSIME,
EXCELLENTISSIME,

AVVNCVLE AC PATRONE
OPTIME,

Et si non ignoro, TIBI de exi-
mia mea erga TE obseruan-
tia satis esse persuasum, saepe ta-
men omnem curam, cogitatio-
nemque in hoc contuli, quomo-
do TIBI hanc publice significarem.

A 3

Tan-

Tanta enim TUA in me sunt merita,
vt ea nunquam, nisi intimae vo-
luptatis sensu, recordari queam.
Accedit etiam maximum vincu-
lum, quod TECUM me ita coniun-
git, vt mortuo patre, mortuaque
matre mea, vna TUA sorore, eaque
vnice dilecta, TE Parentis loco ve-
nerari debeam. Et magni sane in-
terest, cui debeamus. Itaque et
propter meam in TE pietatem, et
TVVM erga me amorem paternum,
nostramque necessitudinem, qua
carius mihi nihil est, vehementer
confido, TE mihi libenter conces-
surum esse veniam, TIBI hunc de-
dicandi libellum, TVIQUE Nominis
amplitudine exornandi. Res, quas

hic

hic continet libellus, omnino dignissimae sunt lectu: quid enim *Verbo Dei* pretiosius? Animus, quo hanc Pfalmoreum Metaphrasin exaravi, sincerus est, nec suae, sed Dei gloriae inseruit; num vero forma huius speciminis apud omnes futura sit gratiosa? hoc vnum nescio, spero tamen; et in primis a TE optatam expecto sententiam. Certe etiam atque etiam rogo, vt hoc qualecunque pietatis in TE pignus habere velis. Praeterea Deum Immortalem omnibus precibus imploro, vt TE in Reipublicae Chemnitiensis ornamentum, et commodum omni prosperitatis genere exornatum

A .4 quam

quam diutissime feruet. Ego ve-
ro singulari TVO fauori diligentif-
sime commendatus nullo tempore
desistam, Te summo studio vene-
rari

**TVI NOMINIS AM-
PLISSIMI**

Torganiæ
Idibus Ianuariis
MDCCLXXX.


cultor obseruantissimus

**M. GVSTAVVS FRIDERICVS
MATTHA.**



PRAEFATIO.

Hanc *Metaphrasin Psalmorum elegiacam* non eo consilio composui, vt versionum latinarum, quae ad hymnos sacros respiciunt, numerum augerem, sed eo potius, vt meae in sacras literas reuerentiae ederem documentum; in primis hoc tempore, quo tam multi e numero eruditorum sunt, qui honori sibi ducant, si ipsis contingere
A 5 potest,



potest, esse tam infelicibus, vt sacris literis vel suspicionem afferant, vel contentum. Praeterea carminum sacrorum latine scriptorum non tanta adest copia, vt non vnum aut alterum specimen possit addi. Psalterium Dauidis, carmine redditum per Eobanum Hessum, et Georgii Buchanani Paraphrasis Psalmorum Dauidis sine dubio in multorum manibus versantur, et fortasse etiam leguntur cum voluptate. Sed tamen neque in Eobani Hessi, neque in Buchanani Psalterio reperitur *Metaphrasis*, sed *Paraphrasis*, id est, eiusmodi interpretatio, qua quaedam suppleuntur; quaedam, quae videbantur effusa, constringuntur; cum contra *Metaphrasis*, qua vsus sum, prescius

~~—————~~
 fius sequitur verba auctoris sacri. Quo-
 ad igitur fieri potuit, operam quidem
 dedi vitandis Hebraïsmis; tamen vero
 contextam hebraeorum verborum feriem
 non facile neglexisse videor.

Quare etiam non superuacaneum pu-
 tauï, nonnullas adiciere obseruationes,
 quæ Metaphrasin inseruiant, et veræ qua-
 si succurrant intelligentiæ. Hæc autem
 obseruationes non omnes me agnoscunt
 auctorem, sed magna etiam ex parte
 apud optimos interpretes iam inueniun-
 tur. Denique summa votorum meorum
 hæc est, vt omnes ii, qui hanc Meta-
 phrasin lecturi sint, cum voluptate le-
 gant; simulque intelligant, a me habi-

tam



tam esse rationem honoris Dei, sacrarumque literarum dignitatis. Quod specimen si dignum iudicatum fuerit assensu, non dubito, quin fortasse permouear, ut diuina gratia adiutus plura addam. Quidquid enim boni in me est, Deo debeo, cuius prouidæ curæ et Lectores Humanissimos et omnia mea semper pio animo commendo. Scrib. Torgauiae Idibus Ianuariis MDCCLXXX.



PSALMVS



Anim
iēc

T

Qui

Nec p

Nec

Captus

Rin

a)

fi

fo

tu

P

e

S

7



PSALMVS I.

ARGVMENTVM.


Animi iuoles pariter, ac felicitas piorum, ad-
iecta descriptione status malorum infelicissimi.

Ter quater est felix, et ab omni parte bea-
tus, a)

Qui sceleratorum non cupit ire viam;
Nec peccatorum vestigia carpere stando;
Nec derisorum fede sedere cupit:
Captus at aeterni mira dulcedine verbi
Rimatur leges nocte dieque Dei.

Hic

a) אֲשֵׁרִי in forma plurali, quam semper retinet, significat felicitatem ipsam in se, simulque possessionem summi boni. אֲשֵׁרִי הַיָּשׁוּרִים beatitudines viri, i. e. homo beatus, felicissimus; poetice *ter quater*, seu septies felix. Numerus enim septenarius habetur inter plenos et perfectos. Sic Ouid. lib. IV. ep. IX. ex Ponto: *Ter quater imperii laetus honore tui*.



Hic viret, vt riguis arbor plantata viretis,
 Quae fructus profert tempore laeta suo;
 Quaeque suis foliis non vlllo tempore marcet,
 Divēs at optatis fructibis vsque viget. *b)*
 Non ita divinae gens nescia legis; at ecce!
 Instar erunt palcae, quam levis aura rapit.
 Propterea iniusti non coram iudice stabunt, *c)*
 Cumque pio reprobis non sociandus erit.
 Nouit enim Dominus iustorum facta, probat-
 que, *d)*
 At sceleratorum res sine fine perit.

b) Quae verba Lutherus reddidit; und was er macht, das geräth wohl. Sed et $\eta\psi\chi$ et $\eta\lambda\lambda\epsilon$ per metaphoram quoque de arboribus dici possunt. Vid. Leigh. Crit. sac.

c) Non stabunt $\psi\psi\psi$ in iudicio; i. e. tremor et anxietas eos corripiet coram facie Summi Iudicis; vt Apoc. c. VI. $\kappa\alpha\iota\ \lambda\acute{\epsilon}\gamma\chi\sigma\iota\ \tau\omicron\iota\varsigma\ \theta\acute{\omicron}\sigma\epsilon\iota\tau\iota\ \kappa\alpha\iota\ \tau\alpha\iota\varsigma\ \pi\acute{\epsilon}\tau\rho\alpha\iota\varsigma\ \cdot\ \Pi\acute{\epsilon}\delta\epsilon\tau\epsilon\ \epsilon\acute{\iota}\phi\ \eta\mu\acute{\alpha}\varsigma\ \kappa\alpha\iota\ \kappa\rho\acute{\upsilon}\phi\alpha\tau\epsilon\ \eta\mu\acute{\alpha}\varsigma\ \cdot\ \theta\upsilon\tau\iota\ \eta\lambda\theta\epsilon\upsilon\ \eta\ \eta\mu\acute{\epsilon}\rho\alpha\ \eta\ \mu\epsilon\gamma\acute{\alpha}\lambda\eta\ \tau\eta\varsigma\ \theta\rho\upsilon\gamma\eta\varsigma\ \alpha\upsilon\tau\acute{\alpha}\ \kappa\alpha\iota\ \tau\iota\varsigma\ \delta\upsilon\lambda\alpha\tau\alpha\iota\ \sigma\alpha\delta\eta\eta\alpha\iota\ \cdot$

d) $\eta\lambda\lambda\epsilon$. nouit, cum effectu sumitur, nempe cum approbatione et cura; vt II Tim. II, v. 19. $\epsilon\gamma\gamma\omega\ \kappa\upsilon\acute{\rho}\iota\omicron\varsigma\ \tau\acute{\alpha}\varsigma\ \acute{\omicron}\nu\tau\acute{\alpha}\varsigma\ \alpha\upsilon\tau\acute{\alpha}\ \cdot$

PSAL-

וַיֵּצֵא פְרֵי עֵץ הַיַּיִן . . . i.e. arbor fructi-
fera darent fructum.

C
Q
E
V
A
T
E



PSALMVS II.

ARGVMENTVM.

Vanitas coniurationis hominum contra regnum
Messiae, quando venerit, cum exhortatione, vt
sapiant, et Deum, eiusque filium aeternum
summa pietate venerentur.

Cur gentes tanti flagrant feruore furoris?
Quae populi secum pectore vana mo-
uent? e)

Quid reges terrae surgunt, coeuntque potentes?
Quod coniuratum foedus inire volunt?

En! contra Dominum coeli, terraeque supre-
mum;

En! contra Christum tanta mouere student.
Vincula rumpamus, dicunt, rumpamus eorum
Vincula, et a nobis proiciamus ea!

At Deus in coelis residens irridet eosdem;
Irridens stulta haec, vanaque facta videt.

Tunc autem terrebit eos vox horrida Summi,
Et sic concutiet Numinis ira malos:

En! ego, dicet enim, sacrato in monte Sionis
Regem fanciui constituique meum.

Dixit

e) Pectore mouent, feti meditantur פִּי) quae
vox significat inania consilia, et quidem in pri-
mis de imperio Messiae per mortem eius in
cruce destruendo. Cf. Act. IV. v. 25. seqq.

Dixit et haec ad me, sic Rex, et vera fatebor: f)

Filius es meus; hac luce ego te genui.
 Posce, daboque tibi gentes sine fine regendas;
 Totaque sub regno est terra futura tuo.
 Cumque voles, tumidos per ferrea sceptrata re-
 belles,
 Ceu figuli teritur concava testa, teres.
 Et nunc, o reges, vos, vos submittite tandem! g)
 Discite iustitiam, discite vera sequi.
 Vos vera, summaque Deum pietate colatis!
 Vos hilari vestrum mente timete Deum!
 Filius et cultum sine fine meretur eundem; h)
 Huic castis animis oscula grata date.

Est

f) Sic Rex (in monte Sionis constitutus dicit) et ego enarrabo, seu fatebor אלהים אלהים ad praescriptum, i. e. quod verum est. Hoc enim respondere videtur graeco ἐστὶ ἀληθὴς θεός, vel vt germanis verbis vtamur: ich will die rechte lautere Wahrheit sagen: der Herr hat zu mir gesagt: אלהים אלהים conf. Matth. III. v. 17. et Cap. XVII. v. 5.

g) Hic sensus sine dubio inest verbis השכלו חכמה: Vera enim hominis sapientia est, Deo se submittere; et הושיעו חכמה crudimini, i. e. discite, quod verum, aequum, et iustum est.

h) Cf. Ioh. V. 23. ἵνα πάντες τιμῶσι τὸν υἱὸν καθὼς τιμῶσι τὸν πατέρα. Igitur נשקו ברבתי osculamini filium, omnem indicat reuerentiam, quam homines filio Dei exhibeant.

Est

Hu

H

Sun

At

Cu

En

Ag

Nu



Est ita, vos decet hoc, ne vos terat istius ira,
 Nec destituti tunc pereatis ope.
 Huius enim minitans ardescet protinus ira.
 Felix, qui toto pectore fidit ei!

PSALMVS III.

ARGVMENTVM.

Querela de multitudine inimicorum, adiecta te-
 stificatione summae spei Deo confisae.

Heu mihi! quam saevo nunc vndique cingor
 ab hoste!

O Deus, insurgunt agmina quanta mihi!

Sunt multi, quos non pudeat mihi dicere: nulla

In Domino superest spesque salusque tibi.

At tu, mi Deus, atque pater, tu firma salutis

Spes es, praesidium, dulce decusque meum.

Cumque igitur supplex Dominum tristi invoco
 voce,

Protinus hic mihi tunc auxiliator adest.

En! ego securus cubo, dormio, et excitor
 idem:

Namque sua dextra me Deus ipse tegit.

Agmina non metuo vel centum millia, quamuis

Vndique me cingant arma virique metu.

Nunc Deus, o aeterne Deus, mihi redde salu-
 tem,

Tuque fac, vt maneam tutus ab hoste meo.

B

Nam-

a.)

Namque quis est, nisi tu, qui forti frangere
dextra

Et dentes hostis vimque animumque queat?
A te cuncta salus; a te prosperrima quaeque
In populum veniunt largiter usque tuum.

PSALMVS IV.

ARGVMENTVM.

Precatio ad Deum ob conspirationem hostium,
eorumque iniquitatem.

Adsis clamanti, Deus, ah! mea percipe
vota!

Affer, iuste Deus, te precor, affer opem!
Iam saepe in rebus dubiis mea corda levasti;
Iam quoque percipias vota, measque preces.
O homines vano generis splendore superbi, i)
Quo meus a vobis usque prematur honos?
Quo vos usque malae fraudi studeatis? et usque
Quo falsi teneat pectora caecus amor?
Cernite, me quanto Dominus dignetur ho-
nore! k)

Cernite, quam clemens sit mihi, meque inuet!
Quod

i) Hi sunt בני-איש Filii virorum, i. e. hono-
ratorum et principum; vt Ps. LXII. v. 10.

k) Hunc honorem Dauides his verbis indicat:
הַפְּלֵה יְהוָה חֶסֶד לִי propr. segregavit Iehoua
pium

אלהי צדקי Deus iuxta meae causae.

רמורי ריקי כזב rancore falsi: et vari ab Absolomo
spanji. Lev. 2. Sam. 15. 1-6.

נפתי נפתי נפתי nescita quaso postior.

נפתי נפתי נפתי commoverini, erschrockel doch vor
euch selbst, dass ihr so tief sinken konntet.

Quod si quis vestras mentes furor occupet irae;
 Vos nolite tamen spernere facta Dei. l)
 Haec vos per noctem vestris expendite lectis,
 Vestraque lingua statim desinat esse procax. m)
 Numinis aeterni cultus, vos discite, verus
 Est in amore Dei, speque fideque pia. n)
 Maxima pars vulgi, quisnam bona tempora,
 clamat,
 Quis nobis miseris gaudia vera dabit?
 Tu Deus es nostrae fortis melioris origo;
 Sit tua nobiscum gratia, Summe Deus!

B 2


Sic

pium sibi, i. e. suum. Intelligit enim Dauides
 se ipsum respiciens pugnam, qua miro Dei ful-
 tus auxilio deuicerat Absalonem.

l) Nam his verbis וְאַל תִּחַסְתּוּ caute, ne
 Deum offendatis, sine dubio monet Dauides, vt
 felici proelio aduersus Absalonem stupefiant,
 nec pergant peccare, sed potius Deum, qui tam
 insigniter eum iuuerat, vereantur, simulque va-
 nis absistant sermonibus.

m) Haec sc. facta Dei super cubili expendite ani-
 mo, et quiescite tandem. Praeterea אָמַר וְרַמִּי
 bene etiam ita vertuntur: per me potestis
 consilia capere contra me, sed caute, ne nimis
 iis, et sine fine indulgeatis.

n) Eiusmodi cultum Dei Dauides vocat
 קִרְבַּי וְקִרְבֵּי קִרְבַּי sacrificia iustitiae, i. e. vera, Deo-
 que gratissima; quae eo sunt animo, quo fieri
 debent.



Sic mihi laetitiae cumulus, quem reddere fuesti,
 Quam laetae messis tempore, maior erit.
 Sic ego pace fruar placida; nam paxque quies-
 que
 A te, Summe, venit, non aliunde, mihi.

PSALMVS V.

ARGVMENTVM.

Prouocatio Dei, vt locum concedat precibus cum
 petitione gratiae confirmantis, et custodientis, vt
 pudeant improbi.

Verba, precesque meas audi, Deus, aure be-
 nigna!

Mi rex, mi que Deus, percipe vota mea!
 Te solum veneror; te prima luce diei
 Inuoco; mane mihi; mi Deus, affer opem!
 Impius ille tibi nunquam placet; ergo nec vn-
 quam

Auxilio fruitur, praesidioque tuo.
 Auerfari enim mentem, et mala facta malo-
 rum;

Odisti plenas impietate manus.
 Perdis in aeternum, qui fuso sanguine gaudent;
 Mendaces remoues a bonitate tua.

Ast ego munitus bonitate, tuoque fauore
 Aedis inibo, Deus, limina sancta tuae.

Hic

li,
es-
!
n-
lo-
nt;
lic



a. / ut vitam caeser i.e. insidias doloque
hostium אַרְיִוִּי תַּיִזְבֵּי prop. ob
hostes meo placide me duc.

Hi

Sci

Ce

Illo

Fa

Fa

At

Pr

Na



Hic ego, te precibus castis venerabor adorans;

Speque fideque feram pectora plena tibi.

Scilicet, ut vitem castes, hostesque dolosos.

O Deus, ipse meos dirige, quaeso, pedes. *a.*
 Cerne, quid ore gerant hostes! quae falsa loquan-
 tur!

Pectora namque horum bile doloque tu-
 ment.

Illorum fauces tumuli sunt instar aperti,

Et blandis dictis vsque nocere solent.

Fac, videant omnes quanta sint labe notati! *b.*

Fac, ne perficiant, quae voluere, mala.

Fac, *q.* ~~q.~~ eicias homines male semper agen-
 tes: *c.*

Nam quoque te contra bella superba gerunt,
 At laentur ii, tibi qui confidere pergunt!

Deleat illorum gaudia nulla dies!

Protege et exhilara, qui rite verentur, amanti-
 que

Nomen, sancte, tuum, iustitiamque tuam.
 Namque benignus adesse soles iustoque proba-
 que;

Hunc et, ceu clypeo, cingis amore tuo.



PSALMVS VI.

ARGVMENTVM.

Preces Dauidis grauissime aegrotantis, vt agnita castigatione diuina tandem conualefeat; adiecta reſtificatione fiducia diuini auxilii aduerſus inimicos.

Ne, Deus, in ſeruore tuo me corripe ſon-
tem,

Neu ſine, me totum conterat ira tua!

Parce, precor, miſerere mei: nam languidus
ecce!

Hic ego! me ſana: nam mea crura tremunt.

Heu! quantus concuſſa pauor mea pectora tur-
bat!

At Deus, ah! quanti temporis illud erit?

Reſpice me miſerum! me faucibus eripe mortis!

Me ſerua, omnipotens, pro bonitate tua!

Namque in morte tui non eſt memor vllus; et
vnuquam

Num laudes dicet mortua lingua tuas?

En! ego defectus iaceo; gemitusque dolorque

Anxietasque grauis languida corda premunt.

a. / En! mea ſtrata madent gelido ~~profuſo~~ ſudore *ſigilla*,

Totam per noctem lacrima larga fluit.

Iam vigor et vires aegroto in corpore languent,

Iamque meos vultus ruga ſenilis arat.

Quo-

ra
ie-
us

n-

us

t.
or-

is!

et

e

it.

igca-
ta,

it,

no-



Q

A

P

I



Quocunque adspicio, nil est, nisi luctus et au-
gor;

Hollis vbique premit; pax et adempta mi-
hi. o)

At nunc ite procul! cuncti procul ite profani!

Namque meos gemitus percipit ipse Deus.


Percipit ipse Deus vocem: miserere: precan-
tis;

Ipse meas placida suscipit aure preces.

Ingens ecce! meos pudor ac tremor obruet ho-
stes;

Mox fugient pauidi praecipitante fuga.

o) Haec omnia sine dubio significantur per
כָּבֵל צוֹרָרִי propter omnes inimicos meos,
seu in conspectu omnium aduersariorum meo-
rum. Quoniam enim, inquit Dauides, vndi-
que ab inimicis circumdatus sum, qui non so-
lum mihi maximum luctum, atque angorem af-
ferunt, sed omnem etiam animi tranquillita-
tem mihi adimunt, עֵשָׂה מִכַּעַב עֵינַי con-
tabuit ob animi aegritudinem oculus meus,
seu vigor, et vires languent, et ante diem
quasi confenui.



PSALMVS VII.

ARGVMENTVM.

Innocentia inter aduersariorum iniurias ad Dei iustitiam confidenter et pie confugiens, gratiarumque actionem sancte promittens.

Mi Deus, ad te confugio; me faucibus hostis,

Qui me persequitur, praeripe, meque iuuua!
Porridge, quaeso, manus, rapiat ne more leonis,

Nec me, subsidio deficiente, necet.

Mi pater, o aeternae Deus, si talia feci;

Si mea flagitio commaculata manus;

Si mala retribui, mihi qui cupiebat obesse;

Quin potius iuuui, qui meus hostis erat: *p*)

Me merito turbet, comprehendat et opprimat hostis,

Turpiter et vitam conterat ille meam.

Nunc age! nunc, o iuste Deus, restringe furorem

Agminis hostilis, meque tuere simul.

Fac,

p) De hac interpretationis ratione vid. Crusii Hypomn. P. II. p. 383. et Dachselii Bibl. accent. p. 645.

ci
a-
o-
o-
o-
o-
c,
fii
nt.



Fac

C

Ad

P

Eft

...

Tu

P

No

...

En

...

Si

...

Sic

...

En

...

4



Fac, Deus, vt liceat mihi regis munere fungi,
 Quod tua promisit gratia nota mihi. q)
 Ad tua tunc gentes altaria sancta redibunt;
 Hinc fac, te, videant, scepra tenere manu! e.
 Est ita, tu Deus, es iudex iustissimus; ergo
 Tu quoque nunc patefac, quam bona caussa
 mea.

Tu sceleratorum molimina frange nefanda;
 Firma sed atque potens stet bona caussa pii.
 Nonne, o iuste Deus, perlustras intima cor-
 dis?


Ergo teges quoque me, quod pia corda iuuas.
 En! Deus est iustus iudex; succenset iniquis,
 Atque illis nunquam desinit esse minax.
 Si vero non vult malus ad meliora reuerti;
 Iam gladios acuit, corripuitque ~~in~~ manu.
 Sicque Dei manus omnipotens et fulmen et
 arma

In nostros hostes vsque parata tenet.
 En! malus intendit prauo mala pectore; verum
 Irrita, quae cupide praemeditatur, erunt.

B 5

In-

q) Haec verba וְעִירָה אֵלַי מְשָׁפֵט צִוִּיתָ evi-
 gila ad me, i. e. tuere, respice me, quod at-
 tinet ad iudicium, i. e. munus regium, quod
 mihi promissisti (verbum צִוִּיתָ אֵינִי significat
 etiam promittere, vt Pl. XLII. v. 9. et LXXI.
 v. 3.) bene etiam sic vertuntur: mi Deus, au-
 xilio mihi adssis, quia exercitationem iustitiae
 in liberandis probis, et puniendis improbis praec-
 cepisti.



Incidet in foueam, mihi quam confoderat;
 ipse;

Ipfius inque caput frausque dolusque cadet.
 Gratia fit tibi, iuste Deus! Tibi carmina di-
 cam;

Nomen, fumme Pater, concelebrabo tuum.

PSALMVS VIII.

ARGVMENTVM.

Admiratio magnificentiae, splendorumque Dei
 factorum inter homines.

O! quam magnificum, sanctum et venerabile
 nomen!

Est, Aeternae, tuum! Gloria quanta tua! r)

Ex ore infantum tenero tua gloria prodit;

Et tua fugentes nomina sancta canunt.

Sicque fauore tuo fulti laudantque canuntque,

b.) Hostis vt offundas ora pudore tui.

Quan-

r) Hic sine dubio sensus est verborum: **וְאֵין**

תָּמָה הַדָּרָךְ עַל הַשָּׁמַיִם qui dando dedisti
 seu posuisti laudem tuam super coelos, i. e.
 enius laus omnem excelsitatem excedit, et igitur
 excelsissima est. Quod enim comprehendi
 non potest, id populi Orientis super coelum po-
 situm nominant.

rat,

di-

n.

Dei

obile

)

an-

uz

liffi

e.

igi-

ndi

po-





Quando ego conspicio lunam, stellasque serene,
 6,

Quas tua cum coelo condidit alma manus;
 Quid, quaeso, est, mecum tacitus sic mente re-
 voluo,

Quid, quaeso, est fragilis, vilis, et aeger
 homo;

Filius atque hominis, placide tuearis ut istum,
 Et memori serues pectore semper eum?

Huncce quidem miserumque breui tenuemque
 relinquis;

Mox tamen istius cingis honore caput.

Tu facis, ut totum princeps dominetur in or-
 bem,

Subiicis atque eius cuncta creata pedi.

Illius imperio parent agnique bouesque;


Paret et omne genus, quod fera silua capit.

Quod mare, quod tellus profert, et quod edu-
 cat aër,

Illius imperio paret vbique simul.

O! quam magnificum, Deus, et venerabile no-
 men

Terrarum toto splendet in orbe tuum!



PSALMVS IX.

ARGVMENTVM.

Gratiarum actio pro praestito Dei contra inimicos auxilio, addita precatione, vt omnes Dei hostes funditus deleantur.

Viribus ex animi totis tibi concino grates,
 Et tua, Summe Deus, facta stupenda cano.
 Te cogitans capio dulcissima gaudia mente
 Meque iuuat nomen concelebrare tuum.
 Per te fugerunt fugitiuis gressibus hostes;
 Tota cohors militans praecipitata iacet.
 Namque tuo auxilio tu me dignaris, agisque
 Ipse meam caussam; iustitiaeque faves.
 Tu gentes plectis; sceleratos funditus aufers,
 Aeternaque horum nomina nocte tegis.
 En! nunc finita est hostis populatio saeui!
 Eius enim per te moenia versa iacent.
 En! periere hostes; deletum est nomen eorum;
 At Dominus semper regnat vbique potens.
 Scilicet is torum regit aequis legibus orbem;
 Rebus et angustis auxiliator adest.
 Ergo locant in te spem, qui tua nomina norunt,
 Nam, Deus, hos, qui te rite verentur, amas.
 Collaudate Deum, dominum regemque Sionis!
 Enumerate Dei splendida facta palam.

Nam-

os
tes
o.
o-
nt,
as.
o-
m.





Namque memor miseri, vindictam sanguinis eius
Sumit; et infantis percipit iste preces.

Nunc, aeternae Deus, placido me respice vultu!
Adspice, quam grauius semper ab hoste pre-
mar!

Eripe me miserum! me faucibus eripe mortis,
Ut grates hilari dicere voce queam;

Vtque tuas celebrem laudes pro parte virili
In portis sacris, inque Sione tua;

Auxilioque tuo laetus sic ora resoluam:

Hostes in foueam nunc cecidere suam!

Nunc cecidere; pedesque horum stringuntque
tenentque

Retia, quae nostro disposuere pedi.

O miranda Dei bonitas! sic noscitur eius

Iudicii summi, iustitiaeque modus! s)

Hostis at ille procax, et fraudis conditor ipse

Nunc merito capitur, plaudite! fraude sua. t)

Sic

s) Sic נודע יהוה משפט עשה prop. notus fa-
ctus est Deus, qui iudicium exercuit. Vel vt
germanis verbis utar: So siehet man, wie sich
Gott, als den höchsten und gerechtesten Richter
beweiset!

t) Plaudite! Sic expressa est vox תְּבִיִן (plerum-
que meditatio, seu res meditatione, memoria-
que digna.) Denotat enim hoc loco plus,
quam ordinariam laetitiam ortam extraordi-
naria piorum liberatione. Lutherus hanc vo-
cem vertit: durchs Wort. Alii Higgaiou in-
strumentum aliquod musicum esse volunt.

Sic est: perniciis cunctis aeterna parata;
 Qui nolunt summum rite timere Deum.
 Cura sed afflictum nunquam diuina relinquet;
 Spes miseri nullo tempore inanis erit.
 Nunc age, Summe Deus, vires confringe ma-
 ligni;
 Te iustum, monstra gentibus, esse Deum.
 Terroremque feris illarum mentibus affer,
 Cuius sit, videant, conditionis homo.

PSALMVS X.

ARGVMENTVM.

Querela de mora auxilii diuini cum petitione li-
 berationis ab hostium violentia.

Cur, Deus, abscondis solamen, opemque re-
 tardas?

Cur tam sollicitis rebus adesse negas?

En! premit iniusti violenta superbia iustum!

Ipseprehendatur fraude, doloque suo!

Impius ipse sibi blanditur, et omnia facta,

Quis studet, exultans qualiacunque probat.

Inflammat amor lucris se praedicat ipsum

Felicem, lingua vituperante Deum.

Scilicet iniustus tanta ambitione tumescit,

Vt securo animo nil putet esse Deum.

Quicquid agit, violenter agit: nam indicis iram,

Ac hostes nihili semper habere solet.

Tem-

ma-

lie

re-

t.

am,


em-




T
III
T
D
C
A
C
E
N
F
S
P
E



Tempore non vlllo, sibi sic persuadet, et inquit,
Tempore non vlllo praecepitabor ego. 6.
Illius ora scatent maledictis, fraude, doloque,
Et mala, dicendo, perniciemque parat.
Tendit et insidias per compita tecta viarum,
Expertemque mali clam iugulare studet.
Delitet in latebris violenti more leonis,
Ut miserum rapiat, perdat, eumque necet.
Conterit oppressos vi multa, et dicit: eorum
Est Deus oblitus; non mea facta videt.
At vires nunc, Summe, tuas ostende potentes!
Ne miserum prorsus desere, iuste Deus!
Cur tacito ridens sic dicat corde malignus:
Non est in terris prouida cura Dei?
Est ita, tu cernis; tu tristia fata piorum
Adspicis; in manibus sunt sita cuncta tuis.
Nam tibi se tradit miserorum turba; tuoque
Istos auxilio mox recreare soles.
Frangere igitur vires scelerati; frange superbum,
Donec is in terra desinat esse potens.
Sceptra tenet Dominus; rex aeternumque ma-
nebit;
Eius et e regno gens inimica cadet.
Percipis, o aeternae Deus, pia vota precantum,
Istorumque simul pectora firma facis:
Esse tuum, miseri iustam defendere causam,
Ne magis atque magis regnet inanis homo.





PSALMVS XI.

ARGVMENTVM.

Fiducia in Deo posita in mediis hostium infiduis.

In Domino spes sola mea est defixa: quid ergo

4. Dicitis: alituum more modoque vola?
Impius, ecce! suum contendit fortiter arcum;
Vulneret vt iustum, noxia tela parat.

En! iam subuertit magno fundamina nisu;

Quid pius efficiat? quique resistat ei?

At Deus in coelo residens, iusteque gubernans

Omnia facta hominum, consiliumque videt.

Obseruat Dominus iustum; virtusque probatur;

Sed contra reprobat corda maligna Deus;

Quae super immittet prunas, et sulphur, et ignem;

Ac subito rapiet faeva procella malos.

Iustos iustus amat Deus; et complectitur omnes,

6. Qui sancte viuunt, vsque favore suo.



...T
...II
nfi-
uid
...A
...O
s
r.
ba-
...I
et
...C
es,
...N
...S



Q
A
Qui
C
Con
I
Hu
C
At
I
En
C
v



PSALMVS XII.

ARGVMENTVM.

Querela de paucitate bonorum cum asseueratione prophetica, Deum nullo tempore suos esse derelicturum.

Auxiliare, Deus! defecit turba piorum,
 Candor et hoc aeuo pressus vbiq̄ue iacet.
 Quisque studet fraudi; simulato decipit ore,
 Quisque simul meditans pectore falsa suo.
 Conterat ora Deus fraudum medicata veneno!
 Deiiciat tumidum, grandiloquumque vi-
 rum! u)

Huncc virum, qui semper ait: nos ore valemus!
 Quis maior nobis, quem vereamur, erit?
 At Deus, o miseri, lacrimas, vestrasque que-
 relas

Percipit, et vobis sic ait: ecce iuuo!
 En! adsum, dextraque pium tutabor, et illi,
 Quem nihili ducunt, auxiliabor ego. v)

Omnia

u) Deiiciat לשון מרברת גדולות linguam magna loquentem, i. e. quemlibet hominem, qui proiicit ampullas, et sesquipedalia verba, ita, vt ipsius decretis alii sese statim subiiciant, et talem seruitutem ponant in felicitate.

v) Quem את אשר subintellecto פתח לו quem exfustant, i. e. quem improbi contemti-
 C sine



Omnia, ' quae Deus eloquitur, ' verissima semper,

Et quae promittit, sunt ea plena fide.


Purius argento, quod septima flamma recoxit,
Diuinum est verbum, Summe, manetque
tuum.

O igitur succurre tuis! Pater Optime, serua,
Perpetuoque mala hac eripe gente pios.

Nam circumcirca volitat fera turba malorum,
Atque infectorum more modoque strepit. w)

fime habent. **וְיִי** enim impersonaliter est
sumendum: welchen man verächtlich anbläset.
Lutherus de *supplicia* docendi accepit: daß man
getrost lehren soll.

w) Infectorum more **וְיִי** propr. Se-
cundum elationem vilitatum i. e. infectorum;
quae verba etiam ita vertuntur: Simul atque
exaltari fuerint homines viliores. Quemadmo-
dum et Lutherus vertit: Wo solche löse Leute
unter den Menschen herrschen.



fem-

kit,
atque

w)

r est
bläset.
man

. Se-
rum;
atque
dino-
Leute

AL-





PSALMVS XIII.

A R G V M E N T V M.

Vehemens petitio auxilii diuini addita promissione
grati animi pro liberatione a persecutionibus
hostium.

Quo, Deus, vsque tuam retinent obliuia cu-
ram?

Immemor an nostri mens tua semper erit?

Quo, Deus, vsque tuos oculos, vultusque refle-
ctis?

Quo premat vsque animum cura molesta
meum?

Quo, Deus, vsque dolor turbet mea pectora fac-
vus?

Quo meus vsque hostis corda superba gerat?

Adspice me! mea, summe Pater, precor, acci-
pe vota!

Hasque pias audi, quas tibi fundo, preces!


Tu mea, ne cito me rapiat violentia mortis,

Tu mea, quaeso, tua lumina luce re-
ple! x)

C 2

Eripe

x) Mea lumina seu meos oculos לְאֵינֶיךָ illumi-
na; luce tua reple, i. e. fac, vt cognoscant
tuum auxilium, mihi succurre, meamque vitam
conserua.



Eripe me miserum! ne stulta superbia iactet,
 Interituque meo ne ferus hostis ouet.
 En! ego spes omnes in te, mitissime, pono.
 Iam mea laetantur corda salute tua.
 Pro qua, Summe Deus, bonitate, nouaque sa-
 lute
 Pectore pergrato te sine fine canam.

PSALMVS XIV.

ARGVMENTVM.

De hominum impietate querela adiecta reuocatio-
 ne malorum ad resipiscenciam.

Non Deus est; non cura Dei pro rebus in
 orbe
 Humanis vigilans: Sic homo stultus ait.
 O! hominum perturpe genus! sunt pectoris
 omnes
 Peruersi; faciat qui bene, nullus adest.
 Conspicit e coelis summus moderator, an vllus
 Sit probus et sapiens, et putet, esse Deum?
 Ast omnes abiere retro; de tramite recto
 Discessere omnes praecipitante pede.
 Omnes coniurasse putes in crimina foeda;
 Nullus adest hominum, qui sapienter agat.

Nonne

e fa-

ocatio-

us in

ectoris

llus
m?

gat.

Nonne





Nonne aliquando mali sapient, qui, Numine
 spreto, a.
 Huncce meum populum, panis ad instar,
 edunt?
 At tunc illorum praecordia conteret horror; b.
 Cum Dominus iustis mite leuamen erit.
 Vos igitur stulti, cur fastiditis egenum,
 Is quod veraci fudit vbiq; Deo?
 Quis dabit auxilium sacro de monte Sionis? c.
 Nonne Deus verax auxiliator erit?
 En! tunc, quando suis Deus anxia vincula sol-
 vet,
 Gaudebit Iacob, Isacidaeque canent,

PSALMVS XV.

A R G V M E N T V M.

Indoles veri ciuis hierosolymitani,

Quis, quaeso, tua, Summe Deus, tentoria
 dignus
 Incolet, ac poterit monte manere tuo?
 Qui sceleris purus; cui mens est conscia recti;
 Qui verum sequitur; iustitiaeque studet.
 Qui non obtrectans aliorum facta reuelat;
 Nene malis alios, opprobrioue premit.
 Qui contempnit eum, quem iam Deus ipse re-
 jecit:
 Ast illos, Dominum qui reuerentur, amat; Qui
€ 3



Qui iurat, vel si iurando incommoda ferret, γ)

Nec tamen id mutat, nec reuocare studet.

Qui non diuitias, et opes in foenore ponit;


Qui, premat vt iustum, munera nulla capit.

Qui facit haec, et iussa Dei sic semper honorat,

Perpetuo ex omni parte beatus erit. z)

γ) Vel si incommoda ferret — Sic לְקַרֵּעַ propr. ad nocendum, vel ad noxam vsque. Infinitivus enim saepe nominascit. Si notaret לְקַרֵּעַ *proximo*, quemadmodum LXX, quos Lutherus secutus est, vertunt: τῷ πλησίον αὐτοῦ, videtur dicturus esse Dauides לְרַעְיוֹהוּ vti v. 3. vid. Crus. Hypomn. P. II. p. 415.

z) Hic sine dubio sensus est verborum לֹא יִשׁוּט לְעַלְמֵי עוֹלָם nunquam dimouebitur,



fer.

et.

a ca-

mono-

prop.

infini-

לְהַרְבֵּי

Luthe-

z, vi-

v. 3.

לְהַרְבֵּי

PSAL-



a) Orationes Apostolorum Petri et Pauli Act. II. et XIII.
docent, hunc Psalmum de Sessia esse intelligenda-
rum. Interca vero minime atiam si respicien-
di sunt, qui potest, eundem Psalmum intelligendum
esse, de quolibet religioso Israelita, super in-
terit, citam suam tradidit in Palestina, ibi
cultui divino vacare.

Salten antea in hoc Psalmo facile de Sessia in-
telligi possunt. x

b) Proprie dicam i.e. carnis celebrabo maiestatem
gratiam Domini. Pertinet enim אֱלֹהִים יְהוָה
quam אֱלֹהִים יְהוָה legendum est.

c) Quae verba Lutherus vertit: ich nuss un deim
hat lassen leiden.

PSALMVS XVI.

A R G V M E N T V M.

Prophetica oratio Messiae summum erga homines amorem, voluntariamque obedientiam erga diuinum consilium, pro hominibus moriendi, testantis. *a.*

Omnipotens, aeternae Pater, me, quaeso, tuere!

Nam soli toto pectore fido tibi.


Te Dominum cognosco meum, venerorque supremum:

A te namque meum est, non aliunde, bonum. *aa)*

C 4

Pro

aa) Meum bonum כֹּל-עֲלִיד non est praeter te. עַל enim h. l. non *ad*, sed *praeter* notat; vt Gen. XXXI. v. 50. עַל-בְּנֵי praeter meas filias. Sensus igitur huius sententiae hic est: quicquid boni habeo, ac praestabo, non est praeter, aut extra te, nec tibi opponendum. Quasi diceret: quamuis vt mediator intercedens, meo fungar munere, per te tamen sum, quicquid sum, totus tuus, vna tecum natura, quae est a te, et per te, per quam operaris tu, et ego in te sum, et maneo.



Pro sanctis, quos terra tenet, me, quaeso;
tuere;

Proque his electis, quos ego totus amo. *bb)*

At qui praecipiti pede vana idola sequuntur,

Illi moestitiae pondera dura ferent.

Non libabo tibi libamina sanguinis horum; *cc)*

Et minime illorum nomen in ore geram.

Tu Deus es mea pars; satis et quoque semper
habebo

In te, qui servas meque meosque simul. *dd)*

Assigna-

d. bb) Pro sanctis construitur cum שְׁמֵרְתִי serua;
custodi, tuere me. וְאֵרִירִי (repetendo ל) sunt
iidem sancti in terra, qui a Deo electi sunt, ab
eoque magni aestimantur.

cc) Non libabo, non tibi offeram נְסִיבֶהֶם מִדָּם
libamina eorum de sanguine; i. e. quicquid con-
tentores boni mei, quod non est praeter te, of-
ferre tibi audeant loco expiationis meae, veluti
si victimis offerendis occisarum bestiarum san-
guine efficere tentent, quod meo sanguine effi-
ciendum praenotasti per illam fusionem sanguinis
victimarum, esto prorsus irritum, nec pro tali-
bus intercedam. Hoc igitur intelligendum est,
non de sanguine piorum effuso, sed de victimis,
in quibus pars praecipua est effusio sanguinis,
quippe quo fit expiatio. Leu. XVII. 11, Ebr.
IX. 22,

dd) Qui servas גִּדְּלִי Sortem meam, nempe a
te mihi tributam, i. e. meos, qui supra voca-
bantur

Est sanctus, quoniam terra tenet, fortuna secunda,
^{Eximiorum}
lectus istos diligit totus ego.

ד, שׁוֹשׁוֹן אוֹ אֲדִירָה לְ. אֲשֶׁר הֵן שׁוֹשׁוֹן sunt
idem, et verus sensus mihi hic esse videtur.
In te, qui servas prospera fata mihi.

Luc. Pius Dei cultoribus felicitas est שׁוֹשׁוֹן
(quod legendum est pro שׁוֹשׁוֹן) in terra h.e. in
Palestina: eorum magni ^{estimo} ~~estimo~~ onirque
ne ~~estimo~~ oblectatio est in ur.

v.c. Felicitatem eam, qua jam inter veros
Dei cultores sonat.

Aff
S
Hin
C
Inf
I
An
Erg
Si
Na
T




Assignata mihi fors est per amoena locorum;
 Scilicet aridet portio pulcra mihi. *ee)*
 Hinc Domino grates meritas, et carmina dicam,
 Qui mihi consilio, subsidioque fuit.
 Insuper et tacitae per muta silentia noctis
 Mens incredibili feruet amore mea.
 Ante meos oculos Domini mihi semper imago
 est:

Nam iuuat, vt mihi vis nulla nocere queat.
 Ergo meam merito pertentant gaudia mentem;
 Atque Dei laudes promere lingua fludet.
 Si quoque me rapiat nigrae violentia mortis,
 Pars tamen in tuto mortua carnis erit.
 Nam me non linques, tenebris vt tradar auerni;
 Neue sine sanctum morte putrere tuum.
 Tramite me vitae ducis, satiasque salute;
 Gaudia, quae tua sunt, sunt sine fine mea.

bantur sancti, et magnifici, seu electi, quibus
 seruari cupiebat.

ee) Assignata mihi est fors מִיָּמִי in amoena
 nis regionibus possessio pulcra mihi est; i. e.
 quamuis terra sit corrupta, tamen, quia mihi
 data est, vt redemptor humani generis sim, pla-
 cet mihi haec portio assignata. Vid. Cras. Hy-
 pomn. ad Ps. XVI.



PSALMVS XVII.

ARGVMENTVM.

Ardens Dauidis precatio in bona sua causa, mentisque integritate, vt Deus ipsum spe futuræ facculi erectum ab immanitate hostium eripere velit.

Suscipe, quæ iusta est, causam! precor, accipe mitis,
Summe, meas querulas, quas tibi fundo, preces.

Nollus in ore meo dolus est, Te iudice, causa iusta mea est. Videas lumine recta tuo!
Ipse per obscuram lustras mea pectora notem;

In me nec quidquam criminis esse vides.
Namque ego constitui, me velle admittere nunquam

Ore nefas; lingua neuę probare malum,
Contingat factis hominum decreta secundum,
Et iuxta verbum, quod fluit ore tuo! ff)

Ast

ff) Factis hominum (contingat) כְּרַבֵּר שְׁפִתַי
secundum verbum labiorum tuorum: h. e. ita, vt constituisi. Dauides enim relinquit Deo, quid de Saule decreuerit.

en.
uri
ere
ci.
re-
ffa
io-
n-
Aft
ita,
eo,





Ast ego semper ero cautus; semperque ca-
uebo

A rabie, et saeva seditione, mihi. *gg*)
Serua, quaeso, meos in recto tramite gressus,
Ne forsaa titubet lubrica planta mea.
Te rogo: nam tu solus opem clamantibus af-
fers;


Auribus attentis accipe, verba mea!
Mirifica bonitate tua succurre, redemptor
Istorum, qui te speque fideque colunt;
Et tibi qui fidunt, capientibus hostibus arma
Contra te summum, iustitiamque tuam.
Tu me custodi, sicuti pupilla tenetur,
Meque tuis alis, praesidioque tege.
Nam mala turba; simulque hostes minitantur
acerbi; *bb*)

Vndique me cingunt, meque necare stu-
dent.

lli

gg) Cauebo אֲרֻחַת פִּרְיָא a via effraetoris, seu
latronis violenti; i. e. cauebo a violentia, et
nolo esse seditiosus. Lutherus haec verba cum
antecedentibus coniungens ita vertit: ich be-
wahre mich in dem Worte deiner Lippen vor
Menschenwerk auf dem Wege des Mörders.

bb) Hostes mei acerbi sunt אִיְבֵי בְנֵי אָנֶשׁ prop.
hostes mei in animo; i. e. qui summo odio me
persequuntur, et inimici mei capitales sunt; id
quod *necare student*, simul exprimit.



Illi opibus freti, prauaque libidine pleni ii)
 Audent perpetuo verba superba loqui.
 Observant tacite nostros nunc vndique gressus,
 Ut tunc nos subito praecipitare queant.
 Sic leo terribili visam cupit ore rapinam;
 Sic minor ille latens infidet antra leo,
 Nunc age, Summe Deus, vires prosterne superbi,
 Incuruaque tua turgida corda manu!
 Eripe me, fac, quaeso meam, Deus, eripe vitam
 Illius e manibus, facuitiaque mali!
 Atque viris me, Summe, tua, Deus, eripe dex-
 tra,
 Qui spem terrarum ponere in orbe solent;
 His, quorum fortuna sita est hoc tempore vitae;
 His, quos diuitiis, muneribusque reple;
 His, quos laetitiis, et multa prole coronas,
 Cui tunc relliaquunt, quae tenuere, bona.
 Ast ego iustitiae compos sine fine videbo
 Vultus, Summe Deus, gaudia vera tui;
 Cumque meam rursus vigilans assumsero vitam,
 Hacce tua forma tunc fatiabor ego.

ii) Hic sine dubio sensus est verborum חֵלְבֵי שֶׁמֶן סָמְרוּ
 סָמְרוּ adipe sua occluserunt sese. Lutherus ver-
 tit: ihre Fetten halten zusammen, et accipit de
 consociatione diuitum et potentiorum,



bi,

am

ex-

ne;

,

77

ver-
de

VS



a.) Quo tempore hic Psalmus a Davide confectus
sit, docetur 2. Sam. XIII. ubi etiam
exstat, ita tamen, ut satis multae quidem
varietates occurrant, in re ipsa tamen
nihil admodum mutantur.

Ex animo te totus amo, ~~meus~~ ^{meus} ardet amore

In te, qui vis es sola, salusque mea.

Tu qui semper eris mea rupe, tutor, et omni
tempore servator, presidiumque meum.

tu forte meum munimen, certa salutis
Spes, scutum et robur, confugiung meum.

ב. יי הוה הוה הוה. O Deus, rupe mea,

~~Formula~~ Formula Deum comparandi cum ru-
pe est ex Deuter. XXXII. 4. Deus
rupe vero dicitur rupe, quateo tunc
ad eum ^{meum} recipimur.

PSALMVS XVIII.

A R G V M E N T V M.

Gratiarum actio affectu amoris Dei plena, pro liberatione ab hostibus, et pro victoria ab ipso Deo concessa. a. /

Diligo te, mea mensque tui, Deus, ardet
amore,

Tu, mea qui vis es sola, salusque, Deus.


Tu, qui semper eris mea petra, et tutor, et
omni

Tempore seruator, praesidiumque meum.
Qui rupes immota mihi; qui certa salutis
Spes, scutum, et robur, confugiumque
meum.

O res concélebranda mihi! cum rebus in arctis
Imploro Dominum, seruator ab hoste meo.
Iam circumdederat me mors fera cassibus atris,
Meque suis Belial terrificabat aquis.
Iamque tenebar ego vinclis furialibus orci;
Mortis et horrida compede vinctus eram.
His ego tartareis prensus cruciatibus alta,
Et clamante Deum voce precabar opem.
Clamaui, placidamque mihi mox praebuit au-
rem,

Accepitque meae tristia verba precis.
Protinus indignante Deo perterrita tellus,
Et montes motu contremuere graui.

Fumus



Fumus et ascendit diffusus ab ipsius ira;
 Fluxit et igniuomum fulmen ab ore Dei.
 Demisso e coelo terrae descendit in orbem,
 Sub pedibusque eius nox tenebrosa fuit.
 Is celeri curru vectus volitauit, et auras
 Ala ventorum praecipitante scidit.
 Ipse tenebroso se circumuoluit amictu:
 Nam latuit tectus nubibus iste nigris.
 At mox prae fulgore Dei fugere tenebrae,
 Prorumpente graui grandine, et igne vago.
 Nam pater omnipotens tonitru coelum omne cie-
 bat,
 Plenus et emissis ignibus acrior erat.
 Vibrabatque Deus sparfos sua tela per hostes;
 Fulmine terrifico concutiebat eos.
 Protinus undarum patuit commota vorago;
 Terraque nudauit viscera cuncta tremens.
 Tantus erat pauidae tremor et concussio ter-
 rae,
 Irae tanta, Deus, vis erat illa tuae!
 Sed tunc ipse mihi porrexit ab aethere dextram
 Omnipotens; multis meque retraxit aquis.
 Hoste meo eripuit me tunc, et ab omnibus
 illis,
 Qui plus robusta me valuere manu;
 Rebus et in dubiis tacita me fraude petebant,
 Vt subitae vellent me dare forte neci.
 At Deus auxilians spatium me duxit in am-
 plum;
 Et me restituit: namque probabar ei.

Quip-

Plenaq, demissa ignibus aura fuit.

c. 11 אֲבִיר l. 1. est vir, qui virum se praestat, ma-
le se gerit, et vite integritati studet,
quemadmodum etiam Lutherus ^{has} inter-
pretatur est: bey den Frommen bist du
Fromm.

Sed quoque saepe obflare solet perverſa ſe-
quenti



Quippe mihi puro sceleris mentemque manum-
que

Retribuit Dominus pro pietate mea,
Scilicet istius constanter inhaereo iussis:

Coram, quaeso, Deo qui malus esse queam?
Ante meos oculos semper mihi iussa verenda

Eius, et haec oculis non remouebo meis.
Me inuat integritas vitae, virtusque fidesque;

Ergo meo semper crimine purus ero.
Et sic Omniscius mihi iam bona multa repen-
dit,

Pro virtute mea, pro pietate mea.
Sanctus es in sanctum; iusto tu iustus es ipse;
In purum purus tu Deus esse soles.

Sed quoque tu malus esse soles peruersa se-
quenti,

Qui seruas humiles, qui tumidosque premis.
Per te, Summe Deus, nunc clara in luce repo-
nor;

Per te lucescit nox tenebrosa mihi.
Per te confringo minitantia tela, virosque,
Et te transilio moenia celsa duce.

Omnibus in factis Deus est perfectus; et auro
Purius est, eius quidquid ab ore fluit.

Nam Deus est, fidusque manet defensor eo-
rum

Qui certam in Domino spemque fidemque lo-
cant.

Dicite: quis Deus est alius? quis fortior illo?

Quis praeter nostrum regnat vbique Deum?

Ipse



Ipse mihi solus valida vi roborat artus,
 Et facit, vt vadam nunc sine labe viam.
 Hic facit, vt currens aequem vestigia cervae,
 Et superem pedibus mox iuga summa meis.
 Hic pugnare meam docet in discrimine dex-
 tram,

Hoflis vt arma mei frangere dura queam.
 Tu Deus ipse meae praebes momenta saluti;
 Me tua dextra manus fulcit et auget ope.
 Tu facis, vt possim latos extendere gressus;
 Perque vias curram non titubante pede.
 Te duce disiectos fugientes persequor ho-
 stes,

Nec prius abstineo, quam cecidere simul.
 Te duce prosternam victos, ne surgere rursus,
 Neue meis pedibus se remouere queant.
 Tu mea diffundis firmas per brachia vires,
 Quois contra tumidos bella secunda geram.
 Tu properante fuga trepidos mihi disiicis ho-
 stes;

Et pedibus teritur turba inimica meis.
 Clamabunt; sed nullus erit, qui subleuet il-
 los;

Ad Dominum, neve hic auxiliator erit.
 Hos ego, ceu ventus siccatae versat arenam,
 Contundam subito; pulueris instar erunt.
 Hos ego, ceu teritur coenum per strata via-
 rum,

Comminuam cunctos, sub pedibusque teram.

Tu

Tu Deus ipse mihi praebes firmasque salutem,
Fortiter et fulcrit me tua dextra manus,
Potes multos casus, potes tot discrimina rerum
Sae tua fida manus servat et auget ope.



9, liciderunt arinis, et trepidant claustrum suum egressi;
i.e. vel audacissimi hostes mei ad incertum
reducti sunt, et latibulis suis, egressi quibus
ante fidebant, egressi, trepidant sese
dedunt.

Vivit adhuc Dominus nostrae dator ille salutis,
Cui filii aeternae gloria summa dier.

Qui mihi vindictam victos concedit in hostes,
Et gentes cogit subdere colla mihi.

Hostibus arreptum, qui ne tuus tollit in altum,
Et facit, ut vivam tutus ab hoste meo.

Propterea te, sume Deus, celebrabo per omnes


Tu, Deus, a populi rixis me soluis iniqui;
 Atque inter gentes me caput esse iubes.
 Gens, *kk*) quam non noram, famulam mihi ten-
 dere dextram

Nititur, et monitis paret vbique meis.
 Iam blanda externi coeperunt fundere verba, *ll*)
 Iam cecidere animis, arce suaque tremunt.
 Me, Deus, incolumem tua dextra ex hoste re-
 cepit;

Me quoque ab infidis eruet ista viris.
 Propterea te voce mea celebrabo per omnes
 Terrarum gentes, et tua facta canam;
 Qui tu tanta tuo das regi dona salutis,
 Et prolem aeterna prosperitate iuuas.

kk) Gens לְאֹנְיָתָיִם quam non agnoueram
 pro mea: i. e. cuius curam huc usque non ges-
 seram, mihi seruit, atque obtemperat.

ll) Blanda verba sine dubio significantur per
יְבִרְתְּשׁוּ mentiuntur mihi, i. e. blandiun-
 tur, blandisque verbis mihi sese subiiciunt, quam-
 vis simulate.





PSALMVS XIX.


ARGVMENTVM.

Testimonium vniuersae rerum naturae de Deo, coniunctum cum testimonio, eoque perfectiori reuelationis diuinae, de prouida Dei cura, eiusque paterna voluntate erga homines, addita petitione gratiae gubernantis ac conseruantis.

Quanta sit aeterni coelestis gloria Patris,
Vna voce docent splendida tecta poli.
Haec coeli conuexa docent de robore Summi,

Enumerantque sui facta stupenda Dei.
Indicat orta dies venienti haec facta diei;
Nox facit, vt subito nox sciat ista sequens.
Nulla sub expanso gens est tam barbara coelo,
Quo non ipsorum vox penetrare queat.
Namque velut longa est expansum linea coelum, *mm*)
Huius vt audiri possit vbique sonus.

Sol

mm) Ista interpretatio verborum:  נָצַח
progressa vel extensa est eorum linea; seu quod

Deo,
ctiori
cura,
, ad-
ruan-

li.
Sum-

ens.
oclo,
coe-

Sol
N^o
feu
quod



vider: der Himmel ist ungefehr wie die Saite einer psal-
tischen Instrumente, dessen Klang durch die Linder
erhöret. Sic etiam Ψ optine respondet vocibus
 Ψ Ψ et Ψ Ψ - LXX. verlanf Poffos,
et Symachus Ψ Ψ .

Sol

E

Sol quoque purpureus tenet hic tentoria la-
te, *m*)

Isi quae posuit, constituitque Deus.

E quibus, ut sponsus thalami de liminae pro-
dit; *oo*)

Instar et herois currere gaudet iter.

D 2

Exit

quod idem est, coelum ut longa expansum est
linea, facilius mihi esse videtur, quam haec:
in totam terram exit regula soni linguae coe-
lorum. Sic enim vox וְיִשְׂרָאֵל propriam retinet
significationem lineae, vel ut germanis verbis
utar: der Himmel ist über die ganze Erde,
gleich als eine lange Linie gezogen; so daß
man dessen Stimme allenthalben hören, oder
durch dessen Betrachtung zur Erkenntnis des
Schöpfers gelangen kann.

m) Soli quoque Deus constituit domicilium hic
 וְיִשְׂרָאֵל quod וְיִשְׂרָאֵל respicit. Coelum
enim expansum comparatur tentorio, in quo
Sol habitat, et versatur.

oo) E quibus tentoriis purissimo nitore coruscus,
et quasi laetus et hilaris mane procedere solet
 וְיִשְׂרָאֵל sicut sponsus egrediens e
Chuppa sua, qui optimo indutus ornatu magna
cum laetitia excipitur a praesentibus. Chuppa
autem est tentoriolum, quod super caput spon-
si, et sponsae expansum quatuor perticis tene-
tur, quando a sacerdote iudaico, quem Rabbi-
num

Exit ab extremo coelorum fine, viamque
 Carpit ad extremum non remorante pede,
 Et nihil in terris, quod sese condere possit,
 Ut non ardorem sentiat eius, erit.
 Sic quoque lex Domini, qua nil perfectius un-
 quam, pp)
 Ad vires reuocat languida corda nouas.
 Haec doctrina Dei, qua nil est firmitus un-
 quam,
 Indoctas mentes cognitione polit.
 Haec doctrina Dei, qua nil est certius un-
 quam,
 Deliciis animum laetitiaque replet.

Haec

num vocant, certis ritibus, et caerimoniis co-
 pulantur. Sed et *conclauē thalami* eodem no-
 mine videtur *Chuppa* nominari; vt Ioel II,
 v. 16.

pp) Per omnia illa nomina, quibus Dauides in
 hoc Psalmo vtitur, nimirum תורת יהוה *lex*
Iehouae; עדות *testimonium*; מצוות *man-*
data; מצוה *praeceptum*; יראת יהוה *timor*
Iehouae; i. e. doctrina de timore Dei, (per
Metonym. contenti pro continente) et
 יהוה — משפטי *iudicia Iehouae*, nihil aliud
 intelligi potest, quam verbum diuinum, seu do-
 ctrina Dei reuelata; quare etiam hanc vocem
 semper retinui.

Hæc lex sancta Dei,

Hæc lex sancta Dei,

vn-

un-

un-

hæc

co-

na-

II,

s in

lex

van-

imor

(per

et

aliud

in do-

ocem



Hae

O

Hae

A

Hae

B

Hae

I

Is q

M

Sed

A

Me

I

Sic

O

Sit

O

Sit

Sit



~~NOVA~~
Haec doctrina Dei, qua nil est purius un-
quam,

Ostendit puro lumine iussa Dei.

Haec Doctrina Dei, quae nulla labe laborat,

Aeternum Numen rite timere docet.

Haec doctrina Dei vera est, nil verius ista,

Et quaecunque iubet, sunt ea iusta simul.

Haec doctrina Dei multo est praestantior auro;

Dulcior est dulci melle liquente fauis.

Is quoque, qui totus tuus est, amplectitur istam:

Nam qui servat eam, praemia multa feret.

Sed quis nosse potest, quoties labatur et erret?

Ah! ignosce mihi, quae mihi tecta latent.

Me quoque custodire velis a gente superba,

Ne me, ceu dominans, ad mala facta tra-
hat!

Sic tibi mundus ero, nec sparsus fordibus vllis;

Sic ego nullius criminis auctor ero.

O vtinam, quae lingua tibi facunda locuta est,

O vtinam possint verba placere mea!

Sit tibi grata mei taciti meditatio cordis,

Mi Deus, o vitae caussa suprema meae!





PSALMVS XX.

ARGVMENTVM.

Votum et precatio populi Israelitici, vt Deus regi suo dare velit salutem pariter ac victoriam.

Annuat Omnipotens tibi vota precesque ferenti,

Quando tuæ vitæ fors minitatur atrox.

Te Deus accipiat! Te multo robore firmet

Is, qui Iacobi se vocat ipse Deum.

Mittat ab angusta coelorum sedè salutem!

Mittat ab excelsa sede Sionis opem!

Accipiat semper placido tua munera vultu,

Grataque sint ipsi cuncta holocausta tua! *qq)*

Annuat

qq) Hic sine dubio verus sensus est verborum; **ועֹלֹתֶיךָ יְרֻשְׁנָה** et holocaustum tuum declarat pingue, i. e. gratum atque acceptum; quid? quod omnem tuum cultum ratum habeat.

deus

cto-

fe-

t

99)

nuat

rum ;

laret

quid ?





Annuat ipse tibi, quaecunque rogaueris unquam;

Consiliumque animi compleat omne tui!

Exultemus, et ore simul cantemus alacri;

Deque salute tua carmina nostra sonent!

In laudem nos nostra Dei vexilla feramus! *rr)*

Complebit Dominus vota precesque tuas.

Nunc ego, nec fallax est ista scientia, noui,

Auxiliatorem semper adesse Deum.



Fortiter ille suum conseruat, et eripit unctum;

Est ita, non unquam deseret ipse suum.


Audit eum Dominus coelestia regna gubernans;

Ilius a dextra visque salusque venit. *ss)*

Hi

rr) Vexilla, quae Israelitae in bello solebant praeferre, significationem aliquam sui in Deum cultus, suaeque in Deo positae fiduciae habebant, quibus et ab hoste discernerentur, et bonum omen conciperent. Vid. Guffet. in voce  vexillum erigere. LXX. μεγαλυνησόμεθα. Ex quo apparet eos legisse  quos et multi interpretes sequuntur.

ss) Proprie: salus dextrae eius est in potestatibus; h. e. auxilium eius est potentissimum, *cf.* Luc. IV. v. 32. ἐν ἐξουσίᾳ ἣν ὁ λόγος αὐτῆς.



Hi curru fidunt, et equorum viribus illi:


Omnis at
At spes in nostro ^{spes} solita nostra Deo.

Hi victi grauiter cecidere hostilibus armis:

Nos flamus firmo, nec titubante pede.

Nunc, o Summe, iuua; tu, qui rex totius
orbis,

Audi, cum querula voce rogamus opem.



Officia pastoris his versibus exprimentur:
Signat, praecedit, pascit, potatq; lavatque,
Sanat oves, querit, portat agitque
domum.

tius







140248

VD18

ULB Halle

3

007 495 595



R





B.I.G.

Farbkarte #13

METAPHRASIS

P SALMORVM
ELEGIACA

CONTINENS

IGINTI PRIORES HYMNOS

CVM

OBSERVATIONIBVS

METAPHRASI INSERVIENTIBVS

AVCTORE

M. GVSTAVO FRIDERICO
MATTHA

LYC. TORG. CONRECTORE.

LIPSIAE

N OFFICINA HEINSIA

1780.

